

8. Et exemplis manifestis evertitur.

*Si necessarium est igne purgatorio mundari animas à peccatis ex hoc mundo ad huc residuis, sequitur, antequam ad Cœlestia gaudia admittantur, omnem animam sic purgari:*

*Sed falsum prius.* Non enim taliter purgati sunt, latro cum Christo cruci affixus: non ii, quos dies novissimus deprehendet vivos, sive planè nondum perpurgatos.

*E. falsum posterius,* quod necessarium sit ejusmodi purgatorium.

Conclusionem generalem demonstrationi addimus.

*E. doctrina de purgatorio non est necessarium Christianæ fidei dogma, sed impium & Antichristianum figmentum.*

3. *Qui habet summam potestatem in Ecclesia, is caput est Ecclesiæ:*

*Papa Romanus summam habet potestatem in Ecclesia:*

*E. Papa Romanus est caput Ecclesiæ.*

Resp. ταυτολογία committitur in terminis æquivolentibus. Idem enim sunt caput Eccle-

Eccle-